



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

I. Quis ille sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

O do- māstua, & locum habitationis gloriæ tua.
pacto Profectò si dilexeris, facies ; amor e-
nda- nim efficax est : efficies autem apud
ære. Episcopum , Dominum loci , Parochi-
a iam anos nonnihil opulentiores , & tu ex
ob- rebus tuis pro modulo tuo : neq; enim
rum, plus aut ratio , aut Deus ipse exigit ,
crite. tantùm ne negligas ; imò vt efficias,
,qua quantum potes , stude : non modò
quisse hæc res Deo honorem , rebūsq; sacris
Itari. venerationem : sed etiam tibi ingen-
os in- tem meritorum segetem , populo exi-
rūm mium deuotionis fructum adferet.

CAPVT VII.

Sit deniq; zelo diuinæ gloriæ, &
salutis animarum ardens.

NVM: I.

Quid zelus , & quotplex?

Z Elus amor est animi, rei cuiuspi-
am consequendæ desiderio , &
studio ardoris, odio rei contrariæ de-
flagrantis. Ignis est validissimum in
C alia,

alia, sūt impotentissimum elementum
obuia quæque ambit, lambit, carpit, e-
dit, vorat : si nihil assequitur, quod
appetit, petītque , se ipsum depasci-
tur, atque exedit.

Verūm non omnis zelus virtuti
aut laudi vertitur. Optimus ille, q
zelus est diuinæ gloriæ , & salutis ani-
marum , quanquam hæc vix distingui
possunt : Quippe cùm ad diuinam
gloriam referatur animarum salus, q
diuinæ gloriæ vehementer ardens
idem animarum salute flagret , necel-
sum est. Itaque, qui harum duarum
rerum zelo incensus est, nihil non co-
gitat, nihil non loquitur, nihil non
agit, quo Dei honorem, & salutem ali-
orum impatienter, impotentérq; pro-
curet ; ea verò , quæ aduersantur, au-
funt inimica , hostiliter persequitur
neque cessat, quin in se conuertat; ni
verò assequatur, languet, contabe-
scit, & se depascendo ex-
tinguitur.

NUM